

Ante omnia vero abbas caueat: ne monachis necessaria
in pecunijs concedat: quonia qui sine sollicitudine muna-
dialiū rerum. diuine contemplacōni debent insistere: ina-
dignū valde est. si necessaria sibi corpis cogatur puidere.
Ordo em̄ monasticus ad hoc institutus agnoscitur: ut
segregati a mūdi curis monachi. sine impedimento diuina
contemplantur. Abbas autē sup monachos idcirco
constituitur: ut eius et doctrina et sollicitudine pascantur
Sed de his hactenus dixisse sufficiat.

**Contra hoc proprietatis viciū
admonitio.**

Cap. 8.

Tendamus itaq; fratres ppositum nostrū qd
ingredientes cenobium assumpsimus: et aīas
nostras ab hoc pprietatis vicio sollicitē custo-
diamus. Si agonem spiritalem legitime cer-
tare volumus: hūc quoq; pniciosum hostem a cordibus
nr̄is extrudamus: de quo hec erit summa victoria. trium-
phusq; ppetuus: ut quēadmodū in constitucōnibus pa-
trū p̄cipitur: nec in minima quidē re cōscientia monachi
polluatur. Laueamus pericula: que huic vicio semp sunt
proxima. Impossibile nāq; est eū qui victus in exigua st̄-
pe. concupiscentie semel in corde suo radicem suscepit:
non maioris desiderij protinus incendio conflagrari. Ut
autē hoc viciū radicitus amputetur de monasterio: deno-
tur ab abbate omnia que necessaria sunt monachis. Mo-
nachi sumus. et christū imitari secundū regulā p̄cipimur:
ut in celestibus regnis voluntarie paupertatis premia cō-
sequi mereamur. Tur ergo aliqd in mūdo contrariū nr̄o
proposito quererem? qui thesaurū in celis expectamus?
Enūcro si cupimus esse discipuli christi: vilescāt nobis
necesse est diuicie mūdi. Dicit nāq; apostolus. Nemo mi-
litans deo implicat se negocijs secularibus: ut ei placeat
cui se probauit. Et in euangelio dñs. Qui non renūcia-
uerit om̄ib; que possidet: nō potest meus esse discipulus.